



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

R.D. Iacobi Marchantii Vitis Florigera

Marchantius, Jacobus

Coloniae Agrippinae, 1661

6. In Fest. S. Theclæ V. & M. unica. Collaudabo te Deum Salvatorem
meum &c. Eccl. 51.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-56381](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-56381)

Et ideo petri inducias martyrij mei, ut credentibus
timorem tollerem passionis, & non credentibus vocem
auferrem insultationis. O vocem victoriae plenam &
fortitudinis!

Collaudabo te Deum Salvatorem meum. Eccli. 51.

Eccli. 51.

S. Lucia
constans
in morte.

Poterat ergo ipsa benefonantibus cordis sui
chordis decantare in gratiarum actionem illud
canticum Ecclesiastici: *Confitebor tibi Domine Rex,
& collaudabo te Deum Salvatorem meum. Confitebo
nomini tuo, quoniam adjutor & protector factus es mi-
hi, & liberaisti corpus meum à perditione, à pressura
flammae qua circumdedit me, &c.* Liberata nempe
fuit à corruptione carnis, liberata à corruptione
mentis, liberata ab errore infidelitatis, liberata ab
ardore ignis, liberata à laqueo linguæ calumnia-
tricis, liberata à fovea & abyssu perditionis, li-
berata à renebris, ut semper lucida foret; & no-
men suum LUCIA adimpleret. A quo verò li-
berata fuit, nisi ab illo qui est adjutor & protector? ad-
jutor ad superandum mala jam parata. Protector ne
obruant mala futura. Ideo ergo illi gratias toto
corde concinabat, illi totam suam adscribebat vi-
ctoriam. Vicit itaque Lucia, sed quibus armis? Re-
flet per orationem vicit, quia quicquid à Deo petijt
impetravit. Petijt quondam matris suæ sanguini-
flux curacionem, & impetravit integram sanitatem.
Petijt in certamine castitatis, corporis sui immo-
bilitatem, & obtinuit, fecitque eam Dominus ut
columnam ferream & inconcussam. Petijt contra
ignem victoriam, & eam reportavit tam contra fo-
ci succensi flammam exteriori, quam contra Ty-
ranni furore restantis flammam interiori. Petijt
martyrij sui & passionis inducias, & impetravit.
Gladium enim in ejus viscera mergi fecit Tyrannus;
sed vixit quamdiu voluit, & turbam circumstan-
tiam allocuta est quamdiu sibi placuit. Petijt sacram
ante mortem Communionem, & nemo Sacerdotes,
quin ei ministrarent, impedire potuit, illo provi-
dente, qui olim Boetium martyrem secundo capite
voluit sacris mysterijs communicare, ipso ad tem-
pus caput suum resumente. Denique petijt Ecclē-
siæ tranquillitatem, & impetravit, illamque prædi-
xit mox futuram Diocletiano & Maximiano mor-
te ereptis. O igitur fortem mulierem! O efficaciam
orationis ejus!

Conclu-
sio.

O Lucia, Virgo fortissima, impetra nobis forti-
tudinem & victoriam contra Mundum, Car-
nem, Satanam: ut nunquam succumbamus Mundi
fallacis, Carnis illecebris, Satanæ insidijs impetra
& Ecclesiæ Sanctæ Dei pacem & tranquillitatem,
quæ jam tot lustris tempestatibus sustinet. In ciuitas
ab ipsius met filijs, Regibus & Principibus inter se
dissentibus, & bella ciuibibus, magno matris dā-
no. Rogamus te quæ ad pacem sunt Jerusalem. Medi-
atricem te cupiunt populi; fiat tandem pax in
virtute orationis tuæ, quæ & olim pro ea rogasti,
& impetrasti, ac prædixisti futuram, &c.

De laudi.
S. Thecla
ex SS. PP.

Multæ è Christianis Virginitus laudari pos-
sent ob nobilitatem, pulchritudinem, opu-
lentiam, gratiam exteriori: sed quoniam omnia hæc
contempserunt, & contentenda docuerunt,
de his laudem non appetunt, sed de illis quæ ve-
re laude digna sunt, hoc est, de veris & solidis bo-
nis: eamque laudem in Deum plene referri vo-
lunt. Si laudas quempiam, quia dives est, hoc for-
tuna debetur. Si, quia fortis, arguitur pulchritudo &
abituus: Si, quia pulcher, caduca est pulchritudo &
abituus: Si, quia nobilis, parentes ejus laudas, non
ipsum. Cur laudabimus hominem propter ea, quæ
sunt externa, & non potius propter ea, quæ sunt
hominis propria? Aurea fræna & phalæx non
faciunt equum meliorem, nec pictura navem, nec
de argentatio gladium: sed hæc omnia laudantur,
si qualitatem habeant, ad quam desinantur ex
hominum usu. Sic nec opes, nec ornatus, nec ge-
neris splendor, nec honores, aut alia extrinseca
hominem reddunt laudabilem: sed mentis præ-
stantia, & virtus intrinseca, quæ homini propria
est. Cum ergo laudas quempiam ob virtutem, pro-
bosque mores, ac mentis sapientiam ipsum lau-
das, & solidè laudas; siquidem hoc non est ætate
cassive pendulum, nec à genitoribus hæreditarium.

S. Thecla ab his omnibus, quæ homines æsti-
mant, laudari potest, à pulchritudine, nobilitate,
divitijs: testatur enim Sanctus Epiphanius, hæc
omnia ei non defuisse, despondatamque fuisse ob
hæc juvenem nobilissimo, ditissimo, & formosissimo.
Sed quandoquidem & ipsa omnia ista con-
templat, nec in illis gloriari voluit, laudemus quibus in
eam ab his donis, de quibus potest in Domino
gloriari. Certè de ejus laudibus haud nobis est
tacendum, quandoquidem Sancti Patres concordè
animo & calamo eam miris extollant laudibus
inter cæteras Virgines & Martyres, varijsque
ipsam adornant utulis honorificis. Eam vocant
Primogenitam Filiam S. Pauli, Apostolicam Virgi-
nem, Prothomartyrem inter Virgines, Pudentiam Co-
lumnæ. Caput mulierum victoriarum. Cumque
aliquam à sanctitate tamquam commendare vo-
lunt, eam imitari Theclæ dicunt esse sanctam. Sic enim
ob sanctitatis meritum Sanctus Gregorius
Nyssenus frater S. Basilij, Macrinam sororem suam
alteram vocat Theclam, sic & Theclæ Melaniam,
celebrem pietate, comparat Sanctus Hieronymus.
Ex his titulis jam positis paucam ejus laudem
deducamus & delibemus, quam ab Apostolorum
tempore illi cum novimus in sanctitate.

Dicamus

S. Thecla Apostolica mulier & S. Pauli Primogenita. A.G. 14. 1.

Zelus. Thecla.

S. Thecla multos ad fidem convertit.

S. Thecla Dux & Primogenita Virginitatis.

Exempla SS. post sponsalia & nuptias castitatem continentium.

M. acari.

Dicamus ergo primo hoc titulo celebrem esse & laude dignam quod Apostolica mulier, & S. Pauli Primogenita nominetur. Car vero his titulis decoratur, paulo alius repetendam est. Notum est ex Actis Apostolorum, S. Paulum Iconij in Lycaonia sua praedicatione multum fecisse fructum, ita ut Judaeorum & Graecorum, sive Gentilium, crederet copiosa multitudo. Inter hos ceteros Thecla fuit, quae audit S. Paulo ardentem de Virginitate disserente, sponso relicto, ad coelestis Sponsi thalamum aspiravit, & virginitatem ei consecravit. Tanto vero zelo fidem est amplexa, quae ex Pauli sacramento perciperat ore, ut pro illa quilibet pati parata fuerit, eamque propagare quolibet labore & periculo studuerit. Testatur Chrysolomus hom. 25. in Acta, quod in tantum Verbi divini fuerit avida, & fidei zelo accensa, ut eisdem carceris, quo S. Paulus Iconij detinebatur, inclusus, gemmis ac muliebri mundo distractis sibi conciliavit, ut ad S. Pauli alloquium admitteretur. Quapropter sic de hac reliquitur: Audi de S. Thecla. Illa ut Paulum videret, aurum dedit: tu autem ut Christum videas, nec obolum donas. Testatur etiam acta, quod a tormentis libera, pro fidei Antiochiam ad Paulum, sed ab eodem missam fuisse, ac Evangelio officendiculum daret. Cui conformis est, quod dicit S. Hieronymus in Epist. ad Oceanum: Thecla post renascentem passionem Antiochia, a Paulo prohibetur pariter pergere. Addit autem S. Basilus, Seleucia Episcopus, ejus vitam scribens, Theclae tunc abeundi monita perfectionis a S. Paulo data fuisse, eumque praedixisse, multos ejus opera ad fidem convertendos, ut in partem Apostolici laboris veniret; atque urbem alicquam, nondum Christianae Religionis imbuta, praecipit, ipsi committendam. Exinde ergo Seleuciam profecta, multos ad fidem convertit, & exemplo ipsius multi in disciplina Christiana plurimum profecerunt. An non ergo merito Primogenita S. Pauli, Mulierque Apostolica nominatur? Dicamus secundo, S. Theclam specialiter laudat dignam a castitate & virginitate, & ob hanc a SS. Patribus celebratur, quasi Dux & Primogenita Virginitatis, post Deiparam Mariam, pro qua & martyrium subit. Certè alijs Virginitas in exemplum dedit, quod etiam in privatis domicilijs castitas servari possit, quodque non obstantibus sponsalibus, ob castitatem solemnem voto firmamandam recedere liceat a nuptijs. Quod quidem post Theclam nonnulli fecerunt, divina moti inspiratione. Notum est de S. Alexio, quomodo propter exemplum Jesu Christi amorem prima nuptiarum nocte divina gratia vocatus, sponfam intactam relinquens, ut Christo pauperi famularetur pauperillustri Orbiterre Ecclesiarum peregrinationem susceperit, vitamque castam perpetuo duxerit. Sic refert S. Hieronymus in vita S. Macarii, ipsum Tertium secunum.

celebrato nuptiarum convivio, vespere urbem egressum fuisse, eremum petijisse, & ad mortem usque ibi permansisse. Scribit quoque S. Augustinus l. 8. Conf. c. 6. duos aulicos Imperatoris, cum ambularent circa Treviros, incidisse in cellam cujusdam Solitarii, & ibi beata vita S. Antonij, ita intus commotos fuisse ad pietatem, ut sponfas, quibus jam erant desponsati, reliquerint, divina se foventes servituti. Denique testatur S. Gregorius l. 3. Dial. c. 14. de B. Gregoria Virgine, ipsam constitutis jam nuptijs fugisse ad Ecclesiam, ut sanctimonialis vitae conversationem quaereret; & quia sponsum fugit in terra, in caelo sponsum meruisse. His omnibus Dux fuit S. Thecla, quae decimum octavam annu agens, Thamidem sponsum, nobilitate perillustrem, reliquit propter Christum & fidem Christianam, cujus praecipit ab Apostolo Paulo erat instituta, & ad castitatis amorem incitata, pro qua non timuit ulla tormentorum genera. Et quia inter feminas prima pro Christo in theatrum descendit, impietatemque per tormenta profstravit, ac triumphum Fidei Virginitatisque egit, ideo Protomartyr apud SS. Patres appellatur. De ea sic loquitur Isidorus Pelusiota episc. 160. Adde mulierum veltorianum ac trophaeorum caput, hoc est, illum omnibus laudibus celebratam Theclam, quae tanquam immortalis pudicitiae columna proficit, quae e media turbidarum affectionum tempestate, tanquam fax incensa, ad portum omnibus fluctibus immunitatem appulit. Tanta porro fuit ejus castitas, tamque veneranda, ut belluae, quibus exposita fuit, ea, teste S. Ambrosio honorare viderentur, & muto quodam eloquio collaudare. Sic enim ait de ea S. Ambrosius li. de Virg. Thecla sepulam fugiens nuptiale, & furor sponsum damnata naturam etiam bestiarum virginitatis veneratione mutavit. Namque parata ad feras, cum aspectum quoque declinaret virorum, & se ipsam saevo offerret Leoni, fecit ut qui impudicos detulerant oculos, puciosos referrent. Cernere erat lingentem pedes bestiam, cohibere humi, muto resistente sono, quod sacrum Virginitatis corpus violare non posset. Addit ibidem S. Ambrosius: Adorabat praedam suam bestiam, & propria oblitam naturam, naturam induerat, quam homines amiserant. Videres quadam naturae transfusione hominis feritatem indutos, feritatem imperare bestia, bestia exosculantem pedes Virginitatis, docere quid hominos facere deberent. Tantum habet virginitatis admirationis, ut eam etiam imitentur Leones. Docuerunt religionem, dum adorans Martyrem: docuerunt etiam castitatem, dum Virginitas nihil aliud nisi planctus exosculantur, demer jam in terram oculis, tanquam venerandantibus, ne tua aliquis vel bestia nudam videret Virginitatem. Haec S. Augustinus eleganter. Itaque in S. Thecla verum esse agnoscimus, quod de quibusdam dixit Apostolus. Obiter verum ora Leonum. Fides & castitas Theclae eos potuit mansuetud.

Duo anlici.

Gregoria Virgo.

Thecla

S. Thecla Virginitatis Protomartyr.

Castitas S. Thecla quanta.

Febr. ix

ccre



tere & cicurare, ac eis ora quodammodo obturare, imò & ad venerationem adducere.

S. Thecla miranda constantia in tormentis.

Dicamus tertio, laudibus dignam esse S. Theclam, ob constantiam admirabilem in atrocissimis tormentis, ex quibus divina eam gratia liberavit, & S. Pauli pro ea oratio. Tria autem præcipua ejus tormenta fuisse indicat Ecclesia, dum pro agonizantibus sic orat: *Sicut Beatissimam Theclam Virginem & Martyrem tuam de tribus atrocissimis tormentis liberasti, sic libera digneris animam servitui.*

S. Thecla primoparatus ignis.

Primo igitur ignis epatatus fuit, accusante eam Thami de ipso ex consilio matris, quod matrimonium detrectaret tanquam Christiana, cum tamen ipsa Patrum consensu foret desponsata. At ipsa fidei ardore succensa, & constantia invincibili armata, signo Crucis se muniens, libere ignem est ingressa. Tunc teste S. Basilio Seleuco, addidit ei Christus specie Pauli, eamque confortavit, & ab igne intactam conseravit. Paulus autem cum Onesiphoro, & ejus filiis, in sepulchro delitescens ob persecutionis atrocitatem, ibique per plures dies abstinens, orabat pro Thecla ad rogam damnata. Divinitus vero pluvia gravissima eum tempestate exorta fugavit populum, & ignem omnino extinxit, ipsa & vestibus sine latione permanentibus. Rursus hoc ejus non solum fidei sed & castitatis tribuunt SS. Patres, quod illa saepe permanserit quasi rubus in medio ignis incombustus, & quasi pueri Babylonis in medio flammæ intacta & gloriosa. Hinc illud Nazianzeni in præceptis ad Virg.

Quis Theclam neci vrisuis flammæq; periculis Virginis. O rei omni mirabilis avo!

S. Thecla bellua adjudicata.

Secundo de dita penitentis, jejuniis, orationibus magna cum austeritate, rursus accusata fuit, & condemnata à Juce, ut belluis ferocibus exponeretur, ut iam in sumamus ex S. Ambrosio, quod fieri solitum fuit publico in loco & theatro, ubi Leones fame confecti simulabantur ad prædam devorandam. Sed nec impastus cibis flexit, nec citatus imperius rapuit, nec simulat, sicut exasperavit, nec usus decepit assuetos, nec ferus natura possedit, ut eam lade ont, urait S. Ambrosius. Cui conformiter B. Zeno Episcopus Veronensis, serm. de timore, sic dicit loquitur de variis S. Theclæ tormentis: *Adversus Theclam accusator accerrimus eximit lingua gladium: cum sui sui ministri publica leges inserunt, stimulu acutur feritas in ferocitatem, & tam in mior hominibus invenitur. Ne quid sane tantum dire in humanitatis deesse videatur, immittuntur & marina monstra. Lucinus omnibus expoliatur puella, vestitur incendio. Inter tot instrumenta mortis, speculatio mevent, scera calcas genera uni versa terrorum. Incoluntis quisi subactio urbe, de illo feratu cavea loco jam non miserabilis, sed mirabilis furore habitu excedit, viti facili triumphum reportans, quam tot supplicia omnes, & desiderans perituram, Hac ille.*

Merito igitur potuit usurpare S. Thecla illud: *Confitebor tibi, Domine Rex, & collaudabo te Deum. Salvaorem meum, quia liberaisti corpus meum à perditione, à laqueo lingue iniqua: liberaisti me à rugientibus preparatis ad escam, & de manibus quarentium animam meam, & de multis tribulationibus qua circumdederunt me, à pressura flammæ qua circumdedit me.* Hac enim omnia locum habent in illa. Vis id cernere compendiose?

1. Liberavit Deus corpus ejus à perditione, siue corruptione, ad statum virginitatis eam transferens.
2. Liberavit à laqueo lingue iniquæ, dum adversus ipsius sui furentis accusationem eam protexit.
3. Liberavit à rugientibus preparatis ad escam, dum à belluis ferocibus eam eripuit.
4. De pressura flammæ eam eduxit, & incolumem reddidit, ac de aliis multis tribulationibus & tormentis. Merito ergo dicit ob hac omnia: *Confitebor tibi, Domine Rex, & collaudabo te Salvatorem meum.*

Uterius, tertium tormentum fuit, quando tauris in diversa incitatis, alligata est, ac postmodum congesta in fossam serpenticus plenam & viperis, à quo quidem tormento gratia Jesu Christi incolumis evasit. Nempe Dominus, qui dederat suis potestatem calcandi super serpentes, hanc etiam S. Theclæ communicavit. Et qui S. Paulum, ejus instructorem & præceptorem, in Meliteni insula lesium reddiderat à vipera manum ipsius apprehendente, eam potuit ab omni serpentine veneno immunem efficere.

Concludamus, & postremo dicamus, ideo laudabilem S. Theclam, quia ejus tora vita mors que ipsa virtutibus & miraculis plena fuit. Secessit enim in solitudinem, & in monte stationem, suam elegit, ut Dilecto liberius fruere, atque ibi jejuniis, vigiliis, orationi, contemplationi continuo vacans, ad nonagesimum usque annum vixit. In ea certe completum est illud Domini apud Oseam Prophetam: *Ducam eam in solitudinem, ibi loquar ad cor ejus, ibi loquar eam.* Delicias enim spirituales ex colloquio divinis copiosissime illic percepit, & experientia agnovit, quam verum sit illud S. Basilii: *Solitaria vita coepta doctrina est schola, ac dirigitur in artium disciplina. Illic Deus est totum quod dicitur, via qua tendimus per vitam, per quod ad summam veritatis notitiam pervenitur. Etenim est & arduus delicias, ubi spiritus odoramenta virtutum: ibi rosa charitatis igneo rubore flammescens: ibi lilium castitatis niveo candore candescens, cum quibus etiam humilitatis viola, ibi myrrha mortificationis exundat. & ihu orationis assidua indehenter emanat. Itaque S. Thecla in monte solitaria degens, Rosa fuit per charitatem, Lilium per castitatem, Viola per humilitatem, Myrrha electa per mortificationem, Thus odoriferum per orationem, donec consummationem accepit.*

S. Theclæ tauris à dextris herida damna tur.
Tota virtutibus & miraculis plena fuit.
Secessit enim in solitudinem, & in monte stationem, suam elegit, ut Dilecto liberius fruere, atque ibi jejuniis, vigiliis, orationi, contemplationi continuo vacans, ad nonagesimum usque annum vixit.
In ea certe completum est illud Domini apud Oseam Prophetam: Ducam eam in solitudinem, ibi loquar ad cor ejus, ibi loquar eam.
Delicias enim spirituales ex colloquio divinis copiosissime illic percepit, & experientia agnovit, quam verum sit illud S. Basilii: Solitaria vita coepta doctrina est schola, ac dirigitur in artium disciplina. Illic Deus est totum quod dicitur, via qua tendimus per vitam, per quod ad summam veritatis notitiam pervenitur. Etenim est & arduus delicias, ubi spiritus odoramenta virtutum: ibi rosa charitatis igneo rubore flammescens: ibi lilium castitatis niveo candore candescens, cum quibus etiam humilitatis viola, ibi myrrha mortificationis exundat. & ihu orationis assidua indehenter emanat. Itaque S. Thecla in monte solitaria degens, Rosa fuit per charitatem, Lilium per castitatem, Viola per humilitatem, Myrrha electa per mortificationem, Thus odoriferum per orationem, donec consummationem accepit.

Noli esse incredulus, sed fidelis. Joan. 29.

accepte, & ex hoc seculo Christus evocavit animam ejus virginem & purissimam, eterno in thalamo collocanda. Angelis & spiritibus celestibus ejus tropæa perenni tubilo decantantibus.

8. Thecla & post mortem gloria mirabili.

Neque solum in vita, sed etiam in morte, & à morte, multis fuit decorata miraculis. Nam ut de ea scribit S. Basilii Episcopus Seleucia in ejus vita, quam circa annum Domini 450. descendit, cum multos ac Christum convertisset, postque multos agones & miracula, haudquamquam vita defuncta est, sed virga subdens, in terram ingressa est, qua Deo ita volente in ejus gratiam discessit, sequi illi aperuit eo in loco quo ardua ac sacra liturgia missa, in orbe columba argentea que undique fulgentis cinis, est constituta. Idem tradit Athelms & Metaphrastes in ejus Vita. Ubi adverte, non velle eos dicere, quod non sit mortua, sed quod instar S. Joannis in locum subterranæ sibi à Deo destinatum descendens, ibi animam Christo reddiderit, quodque ei Deus, sicut olim Moyli in monte Nebo, quoddam sepulchrum composuerit & adornavit, ipsa etiam terra aut rupe quodam miraculo ad ejus recipiendum corpus cedente, & loco concedente. Certe ejus sepulchrum variis effuluisse constat miraculis, ita ut ad illud honorandum undique concursus fieret. Unde & S. Gregorius Nazianzenus ad illud devotionis gratia venisse traditur, quasi ad sacrum Mausoleum à Deo tibi Virgini Theclæ ex ædificatum, sicut & S. Catharinæ in monte Sinai. Quapropter S. Basilii Seleucos sic rursus de eo recitatur: Tanguam ex canali virginis sua beneficentia, copiose ibidem profuente, contra omnem dolorem atque agrum ad invicem salutaris remedium fontes egentibus postulanti busque emittit: ita ut locus ille publica jam medicina officina. Et commune terrarum orbis propitiatorium sit effectus. Hæc ille vir sanctus, qui Concilio Constantinopolitano & Calcedonensi interfuit, & que in Seleucia in S. Theclæ favorem miracula facta erant, tanquam loci Episcopus, prope nocebat.

Conclusio.

Tu igitur, ô Virgo & Martyr, immo & Virginitum Prothomartyr, Apostolica mulier, Evangelio cooperatrix, Apostoli & Doctoris Gentium Filia Primogenita, Orbis prodigium. Laus SS. Patrum, impetra nobis firmam fidem; integram castitatem, animarum zelum igneam, perfectam charitatem, per quam læta descendisti in certamen, fortiter dimicasti, gloriose triumphasti, & omnibus tormentis ac hostibus superior evasisti, impetra quoque felicem nobis mortem & consulationem, ut secure & placide in Dei gratia & amore vitam finientes, tecum quiescere, & æternam vitam adipisci valeamus, sponsumque tuum Redemptorem nostrum perenniter collaudare, & ejus frui visione.

* * *

Sacra Scriptura & Evangelica Historia, (ut recitè Pars I. S. August. l. 22. contra Faustum c. 65.) Cur tantquam speculi fidelis mirror nullius accipit adueratam personam, sed & laudanda & vituperanda peccata, hominum facta vel ipsa iudicat, vel legentibus iudicanda proponit: non solum homines ipsos vel vituperabiles vel laudabiles intians, verum etiam quædam in vituperabilibus laudanda, & in laudabilibus vituperanda nõ tacens. Hoc patet in Evangelica enarratione eorum, quæ concernunt S. THOMAM, cuius describitur & titubatio ac fuga ignominiosa in derelictione Magistri, de quo tamen antea dixerat magno animo: Eamus & nos, & moriamur cum illo. Describitur quoque incredulitas & contumacia perniciosa, dum alius Discipulis nunciantibus resurrexisset Dominum, sequi cum vidisset, pertinaciter dicit: Non credam, nisi videro fixuram clavorum, & mittam manum in latus ejus, &c. Sed cur etiam Sanctorum peccata scribi & publicari conveniens fuerit, varæ rationes afferri possunt. Paucas ad propositum attingamus.

IOAN. 20.

R. L.

Prima est, non solum ut sincera & incorrupta veritas factis Scripturis haberetur, sed etiam ut divina erga peccantes misericordia prædicaretur, quæ eos dignata est peccatis erueret, sanare, salvare. Unde & ipsi Sancti hoc ipsum optarunt, & in hoc gavili sunt, quod eorum peccata proderentur, ut per ignominiam propriam Dei gloria celebrior & illustrior efficeretur. Injurius censetur Medico, per quem e gravi & ferido morbo convaluit, qui morbum cupit terere, ne se fateatur curatum. Ingratus quoque Magistro pronuntiandus est, qui ignorantiam non cupit agnoscere, de qua illius instructione emerit. Immemor etiam beneficii est, qui suæ miseræ & inopiæ non vult mentionem fieri, à qua alterius benignitate est sublevatus. Gaudet ergo S. Thomas incredulitatis suæ & pertinaciæ fieri mentionem quasi vulneris cordis sui, ut agnoscatur virtus vulnerum Christi, ut agnoscatur benignitas Medici. Optat ignorantiam suam, miseriam & cæcitatem per opalari, ut agnoscatur providentia sapientia, benevolentia Magistri. Ideo & frequenter S. Paulus ignorantiam & cæcitatem ac miserandam sortem commemorat, ut Dei misericordiam erga se illustriorem reddat: Fidelis sermo & omni acceptione dignus, quia etiam Christus venit peccatores salvos facere, quorum primus ego sum quia persecutus sum Ecclesiam Dei. Alibi fatetur se abortivum & indignum gratia Dei. Sic S. August. tredecim libros Confessionum edidit, ubi flagitia floridæ ætatis suæ publicavit, ut glorificaret divinam clementiam quæ ipsum eruit. Quia suam veritatem dilexisti, & qui facis verum, veni ad lucem volo enim facere in corde meo coram te in confessione: in stilo autem meo coram multis testibus, ait ipse l. 10. Confess.

1. Tim. 1.

1. Cor. 15.

d 2

Secum.



UNIVERSITÄTSBIBLIOTHEK PADERBORN